

ETA SIGMA PHI 73rd Annual Latin Translation Contest (2023)

Intermediate Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. For the intermediate Latin exam, students are expected to be familiar with the vocabulary in the Dickinson Latin Core Vocabulary (<http://dcc.dickinson.edu/latin-core-list1>). Words not on that list are glossed unless they are proper names, have obvious English cognates or are compound words based upon words in the Dickinson list. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In this excerpt from his *Abrigement of Roman History* 1, Eutropius summarizes the reigns of the first four kings of Rome. Glossed words are marked in bold.

[1] Romanum imperium . . . a Romulo exordium habet, qui Reae Silviae, Vestalis virginis, filius et, quantum putatus est, Martis cum Remo fratre uno partu editus est. Is cum inter pastores **latrocinaretur**, decem et octo annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit XI Kal. Maias, Olympiadis sextae anno tertio, post Troiae excidium . . . anno trecentesimo nonagesimo quarto.

[2] Condita civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem **finitimorum** in civitatem recepit, centum ex senioribus legit, quorum consilio omnia ageret, quos senatores nominavit propter senectutem. Tum, cum uxores ipse et populus suus non haberent, invitavit ad spectaculum ludorum vicinas urbi Romae nationes atque earum virgines rapuit. **Commotis** bellis propter raptarum iniuriam Caeninenses vicit, Antemnates, Crustumino, Sabinos, Fidenates, Veientes. Haec omnia oppida urbem cingunt. Et cum orta subito tempestate non **comparuisset**, anno regni tricesimo septimo ad deos transisse creditus est et consecratus. Deinde Romae per **quinos** dies senatores imperaverunt et his regnantibus annus unus completus est.

[3] Postea Numa Pompilius rex creatus est, qui bellum quidem nullum gessit, sed non minus civitati quam Romulus profuit. Nam et leges Romanis moresque constituit, qui consuetudine proeliorum iam **latrones** ac semibarbari putabantur, et annum descripsit in decem menses prius sine aliqua supputatione confusum, et infinita Romae sacra ac templa constituit. Morbo decessit quadragésimo et tertio imperii anno.

[4] Huic successit Tullus Hostilius. Hic bella reparavit, Albanos vicit, qui ab urbe Roma duodecimo **miliario** sunt, Veientes et Fidenates, quorum alii sexto miliario absunt ab urbe Roma, alii octavo decimo, bello superavit, urbem ampliavit adiecto Caelio monte. Cum triginta et duos annos regnasset, **fulmine** ictus cum domo sua arsit.

ETA SIGMA PHI 73rd Annual Latin Translation Contest (2023)

Intermediate Latin

Notes and Vocabulary:

1

latrocinaretur *latrocinor* practice robbery

excidium *excidium, -ii* n. destruction

2

finitimorum *finitimi, -orum* m. neighbors

commotis *commoveo* cause

comparuisset *compareo* be visible

quinos *quini, -ae, -a* five each

3

latrones *latro, -onis* m. robber

descripsit *describo* describe, arrange, appoint, divide

supputatione *supputatio, -ionis* computation

4

miliario = *milliario. miliarium, -ii* n. milestone

fulmine *fulmen, fulminis* n. lightning